e-codices

Ge h aud poſtulo equidem me in lecto accumbere ſciſ tu me eſſe
v niuſ ſubſelli uirum . epi at ij oratoreſ ſunt populi ſummi viri
A mbrachia ueniunt huc legati publice . Ge ergo oratoreſ populi
s ummateſ uiri ſummi accumbent ego infimatiſ infimus
epi H aud equum eſt te inter oratoreſ accipi . Ge equidem hercle orator ſum
s ed procedit parum . Ge craſ de reliquijſ noſ uolo multum vale
Ge P eri uō hercle nihil obnixe uno gelaſino minus eſt q̄ dudum fuit
c ertum ē muſtellę poſthac nunq̄ credere nam incertiorem
N ullam noui beſtiam quę nec ipſa decieſ in die mutat locum
e am ego auſpicaui in re capitali mea . certum ē amicoſ
C onuocare ut conſulam qua lege nunc me exurire oporteat.

ANTIPHO SEN. PAMPHILIPPVS EPYGNOMVS AD. II.

I Ta me dij bene ament measq; mihi bene ſeruaſſint filiaſ
vt mihi uolupe eſt pamphilippe quia noſ in patriam domum
R edijſſe uideo bene geſta re amboſ te & fratrem tuum . Pā ſatiſ
A bſte accipiam niſi uideam mihi te amicū eſſe nūc quia te amicum
M ihi experior eſſe creditur tibi . An uocem ego te ad me ad cenam
F rater tuuſ niſi dixiſſet m̄ te apud ſe cenaturū eſſe hodie
c um me ad ſe ad cenam uocat & magiſ par fuerat me dare uobis
c enam aduenientibus q̄ me ad illud promittere n̄ nolem ei aduſarier
N unc me gratiam abs te inire uerbiſ nihil deſidero craſ apud me
e ritiſ & tu & ille cum ueſtriſ uxoribuſ . Pā eat apud me pendie
N am ille heri me iam uocauerat in hunc diem . ſʒ tatin ego tecum
P acificatuſ ſum antipho . An q̄n ita rem geſſiſtis uti uos uellem
A micoſ atq; addecet pax cōmertiumq; eſt uobiſ mecum .
N am hoc tu facito cogiteſ ut cuiq; homini reſ parata eſt
F irmi amici ſunt . ſi reſ laſſe labant itidem amici cōlabaſcunt
R eſ amicoſ inuenit . Epi iam redeo nimia eſt uoluptas ſi diu
A bfueris a domo domum ſi redieriſ ſi ē nulla eſt egritudo
A nimo obuiam nam ita me abſente familiarem rem uxor
C urauit meam . omnium me exilem atq; inanem fecit
e gritudinum . ſʒ eccum frēm pamphilippum incedit
c um ſocero ſuo . Pā quid agitur epignome . Epi quid tu q̄ dudum
I n portum uenis huc . Pā Longiſſime . Epi iam iſte ē tranqllus tibi
An M agiſ q̄ mare quo ambo eſtiſ uecti . Epi faciſ ut aliaſ res ſoleſ
epi h odie ne exoneramus nauem frater . Pā clement uolo noſ met potiuſ

Licenza: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. 236r – Plautus, Comedies (http://www.e-codices.ch/it/fmb/cb-0138/236r)